BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 119r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



carnis purgatorio debeat igne castigari. Item altare
incensi coronam habet auream per gyrum et iam in eis
qui et si minores sunt meritis nec palam protestari audent
cestam sibi boni cestaminis ac seruatae fidei repositam esse
mercedem. Cunctatamen quae agunt intentione dō
placendi et spe agitur percipiendae eiusdem supernae
mercedis. Sequitur. Et duos anulos aureos sub coronā
per singula latera. Immittantur in eos uectes et altare
portetur. Ipsosq; uectes facies de lignis sed him et inaurabis.
Possunt quidem in his anulis quibus altare postabatur iux
ta quod supra in altari holocausti arca et mensa expositū est
quattuor euangeliorū libri nō inconuenienter accipi.
per quorum fidem ac doctrinam sci postantur. atque
a terrenis cogitationib; subleuati per heremū huius
uitae cotidianis bonorum operum profectibus caelestem
feruntur ad patriam. Uerum quia ibi manifeste .iiii.or
circuli fieri duo uidelicet in latere uno et duo in altero
praecipiuntur. Hic autē tacito numero quaternario.
duo anuli per singula latera fiunt. procesto ibi apestis
euangelistarū numerus claret. Hic uero et iam aliud
quidam mysterii spiritalis quod ad dilectionem dī et pro
ximi summe respiciat inest. Per singula et enim
latera anulis aureis circumdatur altare. quia cor
electorum hinc et inde dī ac proximi dilectione